Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tam addit nec anima de anima mea; sed uelim mihi dicere
O adam. si os de os meum ossib. agnouisti et caro de carne
mea sensisti. cur non intellexisti et licet anima de anima
processisse. si enim omnia quae in te erant tu edidisti.
cur non et iam animae facis cum esse in mutione quae me
lior totius hominis pars est. sed uidetur haec intelle
gentibus iudicium dicere. qd cum dicit os de ossibus
meis et caro de carne mea quae ad terrenis suae esse profiteri.
non audere uero suum dicere quae scit non esse de me;
sed et leban similiter cum dicit ad iacob qm os meum et caro
mea es tu. nec ipse amplius aliquid uidetur audere suum
dicere. nisi quod terrenae consanguinitatis agnoscit.
Nia equippe animarum cognatio quae uel iacob dis
cendens in egyptum socius uel celestis patriarchis
et seis subenumeratione mystice posteritatis adscribit.
sed quia uicinum terrenae uigentes seruere disposuimus
cursum et ipsam quodammodo oram litoris stringere.
iniectum nescio quomodo uiridarum nostrorum lentior
aestus abducit. igitur redeamus ad ea quae consequenter
adduntur. Mortuus est. inquit ioseph. et omnes fratres
et omnis generatio illa. filii autem israel crescebant et
multiplicati sunt et in multitudine magna diffusi sunt.
et inualuerunt multum uehementer; multiplicabantur